



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita  
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteæ  
Comitis, Breviarivm**

**Bidermann, Jakob**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1663**

Animi interiora. 25

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44891**

apprimè cauebat: ne sui ostenta-  
tor, magnis laboribus, plus vani,  
quām lucri colligeret, si in ore  
oculīsque hominum gesta hæc  
vellet. Quocirca noētū plerum-  
que cùm obdormisse socij crede-  
rentur, secessum ad hæc studia  
captabat; quanquam ne sic qui-  
dem fefellit, quin multos, fla-  
gorum crepitū excitos, arcani  
sui testes, insciens imprudēnsque  
aduocaret.

*XXV. Animi interiora.*

**V**Erūm ut haētenus dī man-  
do corpori premendoq; in-  
cubuit; itā haud paulō maiores  
curas, ad animi naturāque fre-  
nandos impetus, conuertit. Nam  
vbi paternis ēdibus egressus, ver-  
sari inrer exteros cæpit, ( non  
omnes ad modum eundem, in-  
geniūmque factus ) aperuere se  
quæ-

quæ  
nun  
nes  
nim  
offe  
tum  
& n  
erar  
ret,  
pos  
nor  
reti  
si q  
mat  
do c  
mu  
mu  
pri  
fibr  
desi  
etia

# VBALDINI. 57

quædam morbi latentis indicia,  
nunquam antea, dum occasio-  
nes aberant, animaduersa. Ete-  
nim si qui eum temere, vti fit,  
offendissent, non vindicabat ille  
tum quidem; effruescere tamē,  
& moueri se non dissimulabat;  
erantq; in promptu, ni reprime-  
ret, dicta acria, quibus iniuriæ  
possent arceri. Tum autem ho-  
noris, paullò quam expediret,  
retinentior, dolere se sentiebat,  
si quā fortè splendor, & existi-  
matio tangeretur. Hæc ægritu-  
do cùm adolescentem, vti dixi-  
mus, vexaret: videretq; ipse ani-  
mum ex miserijs requiescere  
prius non posse, quam morbi  
fibras penitus euulsisset; in eo  
desudandum sibi etiam atque  
etiam duxit.